



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. VI. De amore Domini Iesv, erga homines per ejus nativitatem
singulariter elucescente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

Rom. c. 8. vers. 29.

Nos autem Pater æternus, Paulo teste, prædestina- vit conformes fieri imaginæ filii sui, ut ipse sit primogenitus in multis fratribus. Summo id nobis honori est, fratres esse primogeniti huius filii, sive æternum Patrem, sive Virginæ Matrem spectemus. Nec hoc nominis Christi erubescens, & suos ipse nos fratres appellans, Vnde, inquit, ad fratres meos, & dices eis: ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum. Non confunditur, inquit Paulus, fratres eos vocare. Vnde debuit per omnia fratribus simulari, ut misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum.

1. Ioan. c. 3. v. 1. & 2.

Hanc maximam dignitatem nostram obstupescens beatus Ioannes, Videre, inquit, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur & sumus. Propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum. Charissimi, nunc filii Dei scimus, & nondum apparet, quid erimus. Obsecro Christiani, hunc parvulum primogenitum fratrem nostrum in præsepi reclinatam, qui verè frater & caro nostra est, medullis, intimo totòq; pectore amemus. Hoc philtrum, sicut hic Infans: amari vult, ut amet. Inò amat, ut ametur.

§. VI. De amore Domini IESU erga homines per ejus Nativitatem singulariter elucescente.

Is. c. 7. v. 13. Vide Virgam in Apos. c. 12 comment. 3. Is. c. 16. circa finem, mihi pag. 604.

Certamen Christus Nascentis indixit orbi, sed certamen amoris. Expotulatio illa Isaiæ (Namquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo ne?) ad priscorum Patrum mentem, hoc sensu capienda: Num pusillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præstat agonem? Perinde ac si dicat Isaias: Parumne vobis est certare cum hominibus, cum ipso etiam Deo belligerare vultis? Sic ita sanè: jam hinc vobis spondeo, Deum novo profus & inaudito bellandi ritu in aciem proditurum, & oblatuum omnibus admirandum certamen: Ecce Virgo concipiet & pariet filium. Et hujus quidem belli secundissimos progressus asserens Propheta, Quia, inquit, antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram Rege Assyriorum. Quod sancti Patres de gentibus per Magos ad Christi cultum redigendis interpretantur. Verè Deus nobiscum certavit amore. Audite, obsecro, quam amica Deus velitatione nobis pugnam indicat.

Is. c. 7. v. 14.

Et hujus quidem belli secundissimos progressus asserens Propheta, Quia, inquit, antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram Rege Assyriorum. Quod sancti Patres de gentibus per Magos ad Christi cultum redigendis interpretantur.

Is. c. 8. v. 4.

Vos homines, mei subditi, nascituro mihi casam negabitis? ego autem amore vestrum, non gravatè stabulum etiam subibo. Iam nato cunas invidebitis? contentus ero præsepi. Me Dominum vestrum agnoscere recusabitis? ego autem vos non tantum servos meos, sed & amicos, sed & meos filios agnoscam. Nullos mihi ministros conceditis? ego ipse vester cupio minister fieri. Nam Filius hominis non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis. At etiam verba impia, iud & lapides in me jactatis? ego autem pro vobis Patrem meum deprecabor. Et en ego ipsè adsum. Consortiū meum horretis & refugitis? at meæ deliciae sunt vobiscum esse. Apertum contra me bellum stultis? ego verò pacem vobis per caduceatores meos Angelos jubeo promulgari. Sed enim ad necem me queritis? obsecro vos, atque hoc unicum rogo, ne nimium hac in re prope- rate; ego ultro ad necem me offeram, & volens jubens pro vobis moriar. Annos pauculos exspectate, nobiliorem mortis & ignominia triumphum habebitis, quam si me Puerum necassetis. Scio equidem, acetum & fel mihi propinabo sanguinè è meo corpore, è mille vulneribus. Spineum meo capiti sertum texeritis? at ego vobis diadema reddam gemmeum. Crucem mihi fabricabitis pro lectulo? at ego vobis parabo so- lium sublime in caelo.

Marc. c. 10. vers. 45.

Profecto nova bella elegit Dominus, & portas hostium

ipse non subvertit, sed ædificavit. Cor meum diliger hinc, Israël Principem, qui propria voluntate obrulit sese discrimini & morti. Novum hoc certamen amoris est, in quo etiam victi solent vincere ac triumphare.

Christus sic amore certans diademata sibi, seu, paravit coronas quatuor paravit. Prima erat corona carnis, quam illi Virgo Mater in ejus natali die imposuit. Ita divus Ambrosius illud sacri carminis exponit: Egre dimini, & videte filie Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die dispositionis illius. Et in die læticia cordis ejus. Altera corona è paliuris & verberibus contexta, quam Pilati milites placentes de spiritu imposuerunt capiti ejus, & veste purpurea circumdederunt eum. Tertia fuit honoris & gloriæ, quam dedit æternus Pater. De qua Paulus liquidò, Eum autem, inquit, Filius qui modico quàm Angeli minoratus est, videmus IESUM propter passionem mortis, gloria & honore coronatum. Quarta Quam est tot gentium à fabulis & impurâ superstitione ad unius Christi cultum traductio; nam Patris ad Filium liberallissima vox est: Filius meus es tu, ego hodie & nunc genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam æternam terra. De coronâ non multum ablimili gatulatus sibi inter Paulus, Itaque fratres mei charissimi, ait, & desideratissimi, gaudium meum & coronam meam, sic state in Domino charissimi.

Quemadmodum verò quadruplicem coronam Christus acquisivit, ita quater potissimum novam oris & vestium figuram in vitiâ sumpsit. 1. In nativitate, de qua itidem dici potest, Transfiguratus est ante eos, & facta est species vultus ejus altera, & vestitus ejus albus. 2. In vertice montis Thabor, de quo Mattheus & Marcus, Et respiciunt facies ejus sicut sol, inquit, & vestimenta ejus facta sunt splendens, & candida nimis velut nix, qualia nullo non potest super terrâ candida facere. 3. In supremâ cenâ pridie quam excessit è vitâ, ubi non tantum vestimenta sua posuit, & linteo se præcinxit, sed totum se panis candore vestit. 4. In ipsâ cruce. Hanc flebilis oris totiusque corporis figuram eminens Isaias conspicatus, Vidimus eum, inquit, & non erat aspectus, & desideravimus eum: Despectum & novissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, & quæsi absconditus vultus ejus & despectus: unde nec reputavimus eum a. Ita quater mutato rex Israël habitu venit ad bella b.

Siracides mentionem iridis injiciens, Vide arcum, inquit, & benedic eum qui fecit illum: valde speciosus est in decore suo. Gyra vitæ calum in circuitu gloriæ sue, manus excelsæ aperuerunt illi e. Iridi conferri potest bellator hic Puer Bethlehemi, qui amoris bellum humanæ genti cepit inferre. Christus enim veluti Sol humanitatis suæ roscidam nubem ita irradiavit, ut in eâ Dei misericordia & amor clarissimè relucerent. Iris geminum cornu habet terræ obversum, estque in signum pacis & federis. * Duæ sunt in Christo naturæ, pacifican-

tes per sanguinem crucis Christi, sive quæ in terris, sive quæ in caelis sunt. In inde triplex color est; aureus, viridis, ruber. Primus, Christum cælestem hominem adumbrat, Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de caelo, cælestis d. Viridis alter innocentiam videt Christi & gratiæ abundantiam designat. Cum ad mortem tra- heretur Christus, dicebat: Quia si in viridi ligno hæc factum est, in arido quid fiet? Ruber deniq; Christi Sanguinè inter tormenta sulum denotat. Vox sponsæ gratulantis est: Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus f. Vide igitur hunc arcum, & benedic eum qui fecit illum g. Quidquid sagittarum ab hoc arcu missum est, amoris erant sagitte. Nimirum undequaque impellimur Deum amare. Non est suavior, sed nec potentior ad amorem invitatio, quàm prævenire amantem. Ecce quàm maturè Puer cælestis nos præveniat. Nimis contumax est animus, qui amorem, quem volebat impendere, nolit etiam rependere. Hic

Hic Augustinus ad amandum excitans, Ama, inquit, amorem illius, qui amore tuo amoris descendit in uterum virginis, & ibi amorem suum amori tuo copulavit, humiliando se, sublimando te, conjugendo lumen sue aeternitatis limbo tuo aeternitatis. Beatus, Domine IESU, qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te. Minus autem te amat, o suavis Infans, qui aliquid tecum amat, quod propter te non amat. Qui vere amat, non laborat, aut ipsum amat laborem. Solus amor difficultatis nomen erubescit. Nesc tam durum quidquam aut ferreum, quod ignis divini amoris non emolliat. Ama Deum, & fac quod vis.

§. VII. De ingrato hominum animo adversus Christum natum.

Expendamus paululum, qua humanitate confanguine Christi cognatum suum exceperint. Erant, non dubitem, plurimi & familia David Bethlehemi, qui eo venerant a Palaestina Praefide censendi. Illorum multi (neque hoc dubium) locupletis, & bene nummati, quibus de domo, veste, mensa optime prospectum. Ex his tamen omnibus inventus est nullus, qui recula vel minima egentissimum tribulem suum, & cognatum Christum joverit; nullus qui vel in ultimas domus suae latebras receperit. Singuli & fores suas, & arcas suas, & sua penora servabant obsecrata Christo. Utinam habuissent vel sola refracta pectora, in ceteris facile veniam reperissent!

Quam ingratus porro animus Iudaeorum ceterorum, & peculiariter Bethlehemitarum omnium. Sileamus beneficia innumera, quibus hunc populum affecit Deus: consideremus illa solum quae praesentis sunt instituti. En ex eorum nobilissima familia nascitur, ad illos venit, in illorum urbibus & domibus habitaturus, inter illos sicut unus ex illis vitam acturus, monarcha tantus, & ille ipse Dominus, qui eorum infantes a crudeli Pharaonis imperio, & periculosis Angeli sanguinolenta rhomphaea liberavit. Neque vero cum erectis faucibus, aut grandi supercilio ad illos venit, sed infantuli forma, habitique mendiculi angustum & vile rogat diversorium. Sed nullus audit, nullus admittit; excludunt & ablegant omnes; porro inde abire jubent ingratum hospitem. Nemo est, qui cum ab Herodis fida conetur defendere. Clamant omnes: Hunc nescimus unde sit. Dicitur illis: IESUS a Nazareth est; clamant iterum: A Nazareth potest aliquid boni esse? Turbantur omnes cum Herode, qui sibi plurimum congratulari debuissent. Simul omnes vociferantur: si hunc dimittis, non es amicus Caesaris. Omnis, qui se regem facit, contradicit Caesari. Non habemus regem nisi Caesarem.

O liberales cetera Iudaei, peregrinum etiam hunc pauperillum admittite! Ecce infantem se gerit, & quidem pauperrimum, & quidem infantum omnium postremissimum. Nullum ab hoc Infante periculum est ulli regno: daturus regna venit, non erepturus; admittite.

Enimvero Bethlehemitas praeter omnibus Hebraeis singulariter demereri, sibi que conciliare voluit caeli Dominus, suo Natali, suisque incunabulis: voluit illos Angelorum descensu & cantibus, pastorum accursu & plausibus, Regum adventu & muneribus, caelo terraeque facere honorabiles. At ipsi spreverunt, repulerunt, ejecerunt, ad bestias damparunt suum Messiam. Ingrati cives! imo immisericordes & impii cives.

Sunt qui eos defendere nitantur, & dicant: Scire non poterant tantum Principem sui medio nasci. Scire poterant, o bone, sed credere volebant. Et quoties illis praecipit Deus, ut advenam & peregrinum colligerent, domo reciperent, hospitio fove-

rent? Si Messiam hunc vestrum, o ingrattissimi Bethlehemitas, nosse non poteratis, aut quod verius, nolebatis; certe peregrinum hunc, eumque pauperem agnoscere debueratis. At ex vobis omnibus, qui vel angulum suae domus huic indigenti patefeceret, nullus erat, nullus, nullus, nullus. Ad unum omnes aut invidia laborabant, aut immisericordia, & ingrati animi detestando crimine.

Sed haec totius orbis in suum Conditorem ingrattissima fuit perfidia, Rex aliquis aut Caesar nascitur? Orbis applaudit & gratulatur, missa ignita & flammam pacales volant, dies festi aguntur, Iudi & triumphum instituantur, exultat regnum gaudio. Nascitur Christus? nemo se movet. Nec eo solum tempore, quo nascebatur Christus, torpebant homines; posterioribus quoque saeculis multos tenuit hic torpor. Et nos quoque hoc aetate quam multi sunt, qui Domini IESU natalem diem non nisi lautiore mensa, & nitidiora veste venerentur. Haec omnis gratiarum actio est pro immenso beneficio.

Et quae demum huic divino Pueri mundus natalitia mittit munera? In diadema vepres, laceam chlamydem pro purpura, arundinem pro sceptro, columnam pro foro, flagra pro unguentis, funes pro armillis, clavos pro annulis, catenas pro torquibus, pro nectare acetum, sel pro ambrosia, pro folio crucem. Qui Christum amant, haec cum Christo tolerare non reculant.

§. VIII. Admiraciones super Christo Nato, & de rerum in eo dissimularum conjunctione.

En ille Rex fidei, ille rerum omnium praeoptens Deus, Virgunculae ducit ubera, qui pascit cunctas animantes: qui caelum hyacinthinam velat chlamide, qui terram smaragdina pallia induit, qui vestit omnia, nudus jacet in praesepi, totus est in pupula sanu, quem nulla capit terram intercapendo: falciolis stringitur libertatis vindex: Decembre gelu tolerat, & friget mentium castarum pervigil flamma; ploratus iterat moestorum perenne solatium; inops est caeli terraeque monarcha: in tenebris habitat, ad cuius nutum sidera expallescent; inter bestias cubat, in cuius humeris sedet imperium orbis.

En ergo saturitatem esurientem, flammam frigentem, laetitiam moerentem, fontem sitientem, abundantiam egentem. Vide lucem in tenebris splendentem, Solem noctu fulgentem, ignem sub nube latentem. En ex rivulo purissimo profluit mare, ex palmitate vitis nascitur inumbrans orbem, & stella sol oritur, & minimo centro infinita sphaera confurgit, & nubecula immensus splendor emicat. Aspice conjunctionem hanc majestatem cum humilitate, virtutem cum infirmitate, aeternitatem cum mortalitate; caelum cum terra, cum summis infima. En ut fons exaruit, ut gaudium ingemuit; et ut pulchritudo expalluit, ut potentia elanguit; videte, obscuro, ut aeternum Verbum obmutuit.

Deus ille, qui transfudit montes, qui commovet terram de loco suo, qui praecipit soli, & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo, qui extendit calos suos, & graditur super fluctus maris, qui facit magna & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus. Deus ille vivens, & sempiternus, qui mensus est pugillo aquas, & calos palma ponderavit; qui appendit tribus digitis molem terra, & libravit in pondere montes, & colles in statera. Ecce, gentes quasi stilla stula, & quasi momentum statera repurate sunt; ecce, insulae quasi pulvis exiguis. Omnes gentes quasi non sint; sic sunt coram eo, & quasi nihilum & mane reputate sunt ei. Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terra, de quo canunt oracula: Non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientiae ejus. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium

Handwritten notes in the right margin, including 'DUM' and other illegible characters.